Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum & Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum & delectamentum Studiosae pubis excerpti

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

27. Rachel

urn:nbn:de:bsz:31-105410

Visual Library

27. RACHEL.

Rachel filia altera Labanis, & facie & moribus puella præſtantiſſima, pecoris paterni cuſtos. Hanc primo adſpectu Jacobus amare incipiens, pro ipſa annis ſervit qvatuordecim. In matrimonio, qvod ſorori invideret, diu eſt infœcunda: ſed ipſius tandem Dominus miſertus, eam filio præclaro ornat. E domo patris cum marito clam diſcedit, & ejus ſimulacra & penates aſportat, & commento muliebri eos inveſtigantem eludit ac moratur, non ſine vitæ periculo. Migrans e Bethele in Bethlehemam, partus difficultate in itinere moritur: cui conjux eodem in loco & lacrymas dedit & titulum poſuit. Invaluit mos apud Ebræos, cum fauſta precaturi eſſent nubentibus, ut felicitatem ſororum Rachelis & Leæ precarentur.

28. JA-